praescriptione terrestri bello conventioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

# Ligeza Romerowi Zenetur

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus etc. generosus Joannes Ligeza de Bobrek olim generosi Andreae Ligeza filius sanus mente et corpore existens a terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castrensi Praemisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans atque subiiciendo palam libere ac per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarum habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus generoso Christophero Romer et ipsius successoribus summam mille sexcentorum florenorum polonicorum monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando et numerando certi veri iusti et liquidi debiti mutuataeque ipsorum pecuniae hinc pro feria tertia post festum Sanctae Agnethis virginis proxime ventura soluere et coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus realiter et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ab eodem officio non efficere iubere negare stare vel alio quovis modo impugnare. Idque sub vadio similis summae mille sexcentorum florenorum polonicorum per eundem generosum Joannem Ligeza de Bobrek eiusque posteris praefato Creditori suo generoso Christophero Romer eiusque posteris ob non solutionem summae praefatae principalis pro tempore et loco suprascriptis ad soluendum succumbendo. Caeterum idem recognoscens generosus Joannes Ligeza de Bobrek praefato generoso Christophero Romer Creditori suo eiusque posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem debitoream ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta terrestria Praemisliensia quandocunque voluerint transferendi et transportandi quae transportata tantum valebit acsi per ipsummet recognoscentem transportaretur. Cui quidem transportationi inscriptionis praesentis modo praemisso fiendae praefatus recognoscens generosus Joannes Ligeza de Bobrek se suosque successores in et super bonis suis generaliter

omnibus



omnibus summisque pecuniarum habitis et habendis praefato generoso Christophero Romer ipsiusque successoribus non contradicendo imo eam pro rato et grato suscipiendo inscribit et obligat praesentibus. Idque sub simili et speciali vadio mille sexcentorum florenorum polonicorum praedicto generoso Christophero Romer vel ipsius successoribus per se aut suos successores ob contraventionem transportationi inscriptionis praesentis modo praemisso fiendae ad soluendum succumbendo. Pro quibus quidem vadiis vel vadio modo praemisso ad soluendum succumbentibus ac summa ipsa principali soluenda, et aliis existentibus memoratus recognoscens generosus Joannes Ligeza de Bobrek vel ipsius successores ad instantiam praefati generosi Christophori Romer aut eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense extunc recessu supradicto quoad rem dumtaxat spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere videre vadia praefacta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum parere debebit ac tenebitur. Seque ac suos successores ad eadem omnia obligat. Cumque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusque terminos semper peremptorios vera infirmitate per maiori minorenitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Suecicum vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem extra praesentis terminos officii praefati Castrensis Praemisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac eandem prorogationes faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel duplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione terrestri bello conventioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Praemisliensi feria Quinta post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo vigesimo Nono.

1629 31/V

Popiel Romanowic Brosniowskie v Donat